خُذُنَّتَانِ Labra naturae muliebris; *vel* Testiculi; *vel* Aures.

خَذَا *F. o. n. a.* خَذْوٌ 1) Laxus demissusque et pendulus fuit; 2) Compacta, dura fuit *eius caro*.

خَذِيَ Laxa, pendula fuit *vel* in inferiore parte fracta, ut in faciem inclinaret *auris sive ex accidente sive ex natura sit*. X Humiliavit se *c.* ل *p.* (*et quoque cum Hamza scribitur*); Benigne tractavit *aliquem c. a. p.*

خَرَّ *F. i. b. n. a.* خَرِيرٌ 1) Sonum volatu edidit *aquila*; Cum murmure fluxit (*aqua*); 2) *n. a.* خَرٌّ, خُرُورٌ *F. o. i.* Cecidit vel ex loco superiore in inferiorem decidit; Se prostravit *adorans Deum c.* ل *p.*; 3) Fidit, dissecuit *rem c. a. r.*; 4) Ex loco occulto, incognito impetum fecit.

خُرٌّ Orificium molae, in quod iniicitur manu frumentum.

خَرِيرٌ Murmur fluentis aquae; Ronchus dormientis.

خَرَّارٌ *Fem.* ة Murmurans fluxu suo (*fons*).

خَرِيَ *n. a.* خَرْءٌ, خِرْءٌ, خَرَاءَةٌ, خُرُوءَةٌ Deposuit alvum.

خُرْءٌ *Pl.* خُرْآنٌ *et* خُرُوءٌ Merda.

مَخْرَأَةٌ Latrina.

مَخْرَأَةٌ Latrina.

خَرَبَ 1) Foramen auris (خُرْبَةٌ) percussit et perforavit vel laceravit *c. a. p.*; 2) Factus est latro خَارِب; 3) Vastavit *domum alicuius c. a. dom.*; 4) *n. a.* خَرْبٌ, خُرُوبٌ, خِرَابَةٌ, خِرَابَةٌ Furatus est *camelos c.* ب *r.* b) خَرِبَ *F. a.* 1) Desertus, incultus, et vastatus extitit (*locus*); 2) *n. a.* خَرَبٌ Habuit aurem fissam.

خُرْبٌ Foramen podicis; Corruptio in religione.

خَرَبٌ *Pl.* خِرْبَانٌ Mas avis, quae tarda (حبارى) dicitur.

خَرِبٌ *Fem.* ة Desertus vastusque *locus*.

خَارِبٌ *Pl.* خُرَّابٌ *et c.* ة Latro, fur.

خَرَابٌ *Pl.* خِرَبٌ, أَخْرِبَةٌ Vastitas et vastatio loci.

خُرْبَةٌ *Pl.* خُرَبٌ Ansa perae in qua commeatus ponitur; Omne foramen rotundum.

خَرْبَدٌ Lac crassum, acidum.

خَرْبَسِيسٌ Dura *terra*.

خَرْبَشَ Corrupit *librum c. a. r.*

خَرْبَصَ 1) In pascuo consumsit *omnes plantas pecus c. a. r.*; 2) Omnino abstulit, cepit *opes c. a. r.*; 3) Distinxit *res* unam ab altera separans *c. a. r.*

خَرْبَقَ 1) Fidit *rem*, dissecuit, laceravit *vestem c. a. r.*; 2) Corrupit (*opus*) *c. a.* III *n. a.* اِخْرِنْبَاقٌ Clanculum domum ingressus fuit; Latrocinatus fuit.

خِرْبِيلٌ *Pl.* خَرَابِلُ Mulier stulta, *vel* Anus decrepita.

خَرْبَنْدِيَّةٌ *Pers.* خربنده Muliones.

خَرَتَ Perforavit. b) خَرِتَ Viae monstrandae gnarus fuit.

خُرْتٌ *Pl.* خُرُوتٌ *et* أَخْرَاتٌ Foramen acus, securis, auris.

خِرِّيتٌ *Pl.* خَرَارِيتُ Dux viae solers et peritus.

خَرْثَاءُ Laxis carnibus et crassis hypochondriis mulier

خُرْثِىٌّ Utensilia domus *vel ex aliorum opinione* res sequiores ex utensilibus domus et praedae.

خَرَجَ *F. o.* 1) *n. a.* خُرُوجٌ *et* مَخْرَجٌ Exivit, prodiit; 2) Rebellavit *contra aliquem c.* على *p.*, defecit descivitque ab obedientia *c.* من; 3) Exceptum quid fuit *a regula*; 4) *n. a.* خُرُوجٌ Instructus fuit *in aliqua arte c.* فى *r.* II Instituit exercuitque *in bonis moribus ac litteris c. a. p. et* فى *r.* III Sortitus fuit digitis, ita ut unus educeret e digitis quod vellet alterque eodem modo *cum alio.* IV *n. a.* مُخْرَجٌ Eduxit, egessit, eiecit, exeruit, eruit *c. a.*; *et* Solvit tributum; Tributum exegit (*vid.* خراج *seq.*). V Didicit mores et litteras humaniores. VIII Eduxit; Derivavit, produxit. IX Albo nigroque colore variegatus fuit *struthio.* X Derivavit, produxit, eduxit *c. a.*; Tributa exegit (*conf.* خراج).

خَرْجٌ *Pl.* أَخْرَاجٌ, أَخْرِجَةٌ *Pl. Pl.* أَخَارِيجُ Proventus, reditus, *pecul.* regni; *et* Tributum, quod exit de opibus expenditurque.

خُرْجٌ 1) Proventus, reditus; Tributum; 2) *Plur.* خِرَجَةٌ Hippopera.

خَرَجٌ Duo colores ex albo et nigro constantes et mixti.

خَارِجٌ Qui extra est, externus. *Hinc* من الخارج Extrinsecus. من خارج Extra. الى الخارج Foras.

خَرَاجٌ Proventus, reditus; Tributum.

خُرَاجٌ Proventus, reditus; Ulcera.

خَرِيجٌ Moribus litterisque humanioribus ab alio imbutus.

خَارِجِىٌّ *F.* ة *Pl.* خَوَارِجُ Homo novus, qui sibi, non maioribus nobilitatem debet; Insignibus dotibus praeditus equus quum haud nobilibus parentibus usus esset; *tum* Rebellis, qui citra ius successionis dominium sibi vendicat; *et* Haereticus.

أَخْرَجُ *Fem.* خَرْجَاءُ Albo nigroque variegatus *aries*, *struthiocamelus*; Pedibus lateribusque albis praedita (*ovis*).

تَخْرِيجٌ Proventus et sterilitas (*in anno*).

مَخْرَجٌ Locus egressus, effugiendi locus vel via; *spec.* latrina.

مُخْرَجٌ Locus, quo educitur; *et* tempus educendi; *tum Pl.* مَخَارِجُ Numerus, qui efficitur aut colligendis pluribus in unum, aut dividendo uno in plures.

خَرْخَرَ Ronchos duxit *pardus*, *felis dormiens*, *aut qui strangularetur.* II Vacillavit commotusve fuit ob magnitudinem (*venter*); Ronchos duxit per nares.

خِرْخِرٌ Abundans lacte (*camela*); Mollis delicatusque in vestitu, alimentis et lecto *vir.*

خَرْخَارٌ Aqua fluens copiosa.

خُرْخُوبٌ Camela debilis, quae lacte primum abundat, sed mox omnino caret.

خَرِدَ Intacta fuit *virgo*, *vel* Verecunda fuit et prae pudore conticuit aut submisso sono protulit verba *femina.* IV Pudore affectus fuit, verecundus fuit; *et contra quasi* Inclinavit et propensus fuit *ad ludicra c.* الى.

خَرِيدٌ *et* خَرِيدَةٌ *Pl.* خُرُدٌ, خِرَادٌ, خُرَّدٌ, خُرُدٌ *et* خَرَائِدُ Virgo intacta *vel* femina pudibunda, modesta, conticescens aut submisse loquens, velo tecta.

خَرِيدَةٌ Margarita non perforata.

خُرْدَاذِىٌّ Vinum.

خَرْدَلَ 1) Carnis partes omnino dissecuit *vel* secuit et disiunxit (*carnem*) *c. a.*; 2) Optimas cibi partes edit *c. a. cibi*; 3) Saepius fuit *palma* excussa et magni in ea dactyli immaturi remansere.

خَرْدَلٌ *Coll.*, *nom. unit. c.* ة Semen sinapi.

خَرَزَ *F. o. et i. n. a.* خَرْزٌ Subula perforatam consuit *ocream*, *calceum*, *utrem c. a.* b) خَرَزَ Confirmavit rem suam.

خَرَزٌ *Coll.* Conchae, *quae vulgo* Veneris *dicitur*, minoris, similisve rei genus: *quibus inter se consutis habenae et cingula ornari solent.* خرز الظهر Vertebrae dorsi.

خَرَزَةٌ *Pl.* خَرَزَاتٌ Gemma omnisque res in seriem coniuncta; Planta e specie تجيل quae tota granis rotundis in seriem dispositis referta est.

خَرَّازٌ Sutor.

مِخْرَزٌ Subula, qua calcei corium perforatur et consuitur.

خِرْزَافٌ Non pulchro modo sedens in consessu, *vel* Verbosus; Levis.

خَرْزَقَةٌ Tremere *in incessu*.

خَرِسَ 1) Bibit ex cupa خرس; 2) Mutus fuit. II *n. a.* تَخْرِيسٌ Cibum paravit praebuitque ob partum *mulieris c.* على *p.*

خُرْسٌ *et quoque* خِرْسٌ *Pl.* خُرُوسٌ Seria vini.

خُرْسٌ Cibus paratus ob mulieris partum.

أَخْرَسُ *Fem.* خَرْسَاءُ *Pl.* خُرْسٌ *et* خُرْسَانٌ Mutus; Nulla resonans echo *signum viae*; Strepitu multave voce carens (*exercitus*). الخَرْسَاءُ Infortunium; Tonitru et fulgure carens nubes.

خَرَشَ *F. i. n. a.* خَرْشٌ 1) Scabit *c. a.*; 2) Attraxit *camelum* ligno adunco, quod مخراش dicitur *c. a.*; 3) Victum opere quaesivit *domesticis suis c.* ل *p.*

خِرَاشٌ Irritatio; *Pl. paucorum ad tres* أَخْرِشَةٌ Signum oblongius quo notantur cameli.

خَرَشَةٌ *nom. unit.* Species quaedam muscae.

خِرْشَاءُ *Pl.* خَرَاشِيُّ Pituita; Spuma; Pellicula in lacte natans; Pellis serpentis; Cortex superior fracti ovi *Kam.*

خُرَاشَةٌ Quod de re ferro scalpta decidit.

مِخْرَشٌ Lignum capite adunco, quo cameli attrahuntur; Lignum cuius ope lineas ducit sutor.

خَرْشَبَ Negligenter et non firmiter *opus* fecit *c. a. r.*

خُرْشُبٌ Crassus, durus; Longus, pinguis.

خرشعة *Pl.* خُرْشُع، خَرَاشِعُ Monticulus a caeteris montibus separatus.

خِرْشَافٌ Terra dura et aspera ita ut in ea nemo incedere possit.

خُرْشُومٌ Promontorium imminens valli *vel* planitiei; Mons magnus; Terra aspera ac dura.

مُخْرَنْشِمٌ Superbus, magnum se ducens.

خَرَصَ *n. a.* خَرْصٌ Coniectura definivit *c. a. r.* *palmam agrumve*, quantus esset dactylorum vel frugum proventus *c. a.*; 2) Mentitus fuit; *et tum gener.* Opinionem protulit *c.* في; 3) Obice instruxit, firmavit *fluvium c. a. r.*; 4) *n. a.* خِرَاصَةٌ Curavit, reparavit *c. a. r.* b) خَرِصَ Esurivit in frigore. III *n. a.* مُخَارَصَةٌ Commutavit, quod pro alio esset dedit *c. a. r.*

خُرْصٌ Ramus palmae foliis nudatus; Lignum parvum acuto capite praeditum, quod infigitur nodo in orificio utris; *et inde* Res parva; *tum* Cuspis quae inditur ei parti hastae, quae جبة appellatur, *vel* annulus inferiorem eius partem circumdans; Hasta.

خَرْصٌ Coniectura; Omne dictum, quod opinione nititur.

خُرْصٌ Lignum, quo mel ex alveare educitur; Ramus; *Pl.* خِرْصَانٌ Annulus aureus et argenteus.

خِرْصٌ *Pl.* أَخْرَاصٌ Lignum, quo mel ex alvearibus educitur.

خَرِيصٌ *i. q.* سِنَانٌ Cuspis hastae, *et* Aqua frigida.

خَرَّاصٌ Mendax.

مِخْرَصٌ Hasta.

مَخَارِصُ Hastarum cuspides.

خَرَطَ *F. o. et i. n. a.* خَرْطٌ 1) Decorticavit, aequalem reddidit *lignum c. a.*; Stringente manu (*ramum*) nudavit foliis *c. a. r.*; 2) Dimisit *in praedam* (*falconem*) *c. a.*; Dimisit (*in pratum camelos, in puteum situlam*); 3) Permisit, ut homines noxa afficeret *servus c. a. p. et* على *p.*; 4) Solvit alvum medicina *alicui c. a. p.*; Effecit (*recens pabulum*) ut tenue stercus saepius excerneret *camelus c. a. cam.*; 5) Pepedit *c.* ب *podicis*; 6) Subegit (*puellam*) *c. a.*; 7) Refractarium fuit (*iumentum*), ita ut habena e manu ducentis extracta abiret; 8) Laboravit morbo خَرَط *camela vel ovis.* II Solvit alvum *alicui medicina c. a. p.* VII Ignorantia ductus suam in re peragenda voluntatem perfecit, eamque sine notitia aggressus est; Adortus est turpi dicto vel facto *c.* على *p. et* ب *r.* VIII In os immittens *racemum* destrinxit uvas *c. a.*; Evaginavit (*ensem*) *c. a.* XIII اِخْرَوَّطَ Diu duravit protensumque

(*alicui*) fuit (*iter*) c. ب p.; Implicitus haesit (*laqueus vel rete in pede praedae*) c. فى *pedis*; *et* Celeriter ivit abiitque; Longa fuit (*barba*).

خَرَّاط Is qui lignum cortice denudat idemque dolando aequale reddit.

خِرَاطَة Negotium *vel* ars eius, qui lignum cortice denudat idemque dolando aequale reddit.

خَرِيطَة *Pl.* خَرَائِط Loculus ex corio aliave re: clauditur laqueolis sibi invicem insertis.

خُرَّيْطَى Vehemens et pertinax fletus; Liquor pinguis, qui defluit e radice papyri.

مُخْرَاط Quae morbo خَرَط saepissime laborat. *Pl.* مَخَارِيط Serpens qui cutem mutavit *vel* qui quotannis cutem mutare solet.

خَرْطَال Granorum quaedam species nota *vel i. q.* هرطمان.

خَرْطَمَ Percussit in naso *c. a. p. vel* eum inflexit. III Nasum extulit; Superbivit; Iratus fuit.

خُرْطُم *Pl.* خَرَاطِم Nasus *aut* anterior eius pars.

خُرْطُوم *Pl.* خَرَاطِيم Proboscis elephanti; *tum generat.* Nasus, *aut* Anterior eius pars, *aut* Pars oris super quam contrahis palatum inferius et superius.

خَرَاطِين (*Pluralis*) Vermes, qui in terra humida repeririuntur, lumbrici terrae.

خَرَعَ *n. a.* خَرْع Fidit *c. a.* b) خَرِعَ 1) Debilis fuit; 2) Fractus fuit; 3) Destituta fuit infima ramorum parte, ut aequalis esset (*palma*). c) خَرُعَ *n. a.* خَرَع, خُرُوع, خَرَاعَة Flacca membra habuit. VIII Fidit, aliunde derivavit; De novo ac recens fecit, produxit, invenit *de Deo c. a.*; Sine causa externa novas res produxit *c. a.*

خَرِع Debilis.

خِرْوَع Plantae nomen, quae pastui non inservit *Kam.*; Plantae nomen, *et tum* omnis planta infirma, quae inflectitur *Djeuh.*; Ricinus frutex, κρότων *Gol.*

خَرِيع Debilis; Flaccum et dependens *cameli labium.*

خَرِيعَة Mulier improba, adultera, *aut* quae, quum molle sit, inclinato corpore incedit.

خَرْعَب Ramus recens et mollis *vel* surculus unius anni altus, mollis; Iuvenca pulchra statura praedita, mollis *vel* Tenuis, alba, pinguis, pulchra tenuibusque ossibus praedita; Longus, carnosus *Kam.*

خُرْعُوبَة *Pl.* خَرَاعِيب Ramus recens et mollis *vel* surculus unius anni, altus, mollis.

خَرَفَ *F. o. n. a.* خَرْف, خَرَاف, خِرَاف, مَخْرَف Decerpsit collegitve de arbore (*fructus*) *c. a.*; 2) Collegit fructus humi iacentes *alicui c. a. p.*; 3) خُرِفَ Pluvia autumnali (خريف) compluta fuit, eaque rigata fuit *terra*. b) خَرِفَ 1) Mente alienatus fuit; 2) Deditus fuit fructibus خرفة. II *n. a.* تخريف Putavit, dixit mente alienatum *aliquem c. a. p.* IV Corrupit *c. a.*; Maturos habuit dactylos et colligendo aptos *palma.* VIII Decerpsit (*fructus*) *c. a. r.*

خَرَف Species dactylorum vilissima; Delirium senis.

خَرِف Mente alienatus.

خَرُوف *Fem.* ة *Pl.* خِرْفَان, أَخْرِفَة Agnus (*mas*) *vel* quum robustus est et pascit.

خَرِيف Decerptus; Tres menses inter aestatem hiememque, in quibus colliguntur fructus, autumnus; Pluvia autumnalis, prima pluvia initio hiemis.

خُرَافَة Fructus decerpti, collecti. *Pl.* خُرَافَات Narratio, fabula lepida, mira.

خَرِيفَة *Pl.* خرايف Palma, quam quis conduxit, ut decerperet inde dactylos virides.

مَخْرَفَة Delirium; Narratio fabulosa; Hortus.

خَرْفَجَ Multum cepit *c. a.*

مُخَرْفَج Amplus (*de vase, vita*).

مُخَرْفَش Mixtus.

خُرْفُع Gossipium in calicibus corruptum.

خَرْفَق Semen sinapi persici.

خَرَقَ *F. o. i. n. a.* خَرْقٌ 1) Laceravit (*vestem*); 2) Transivit, permeavit *desertum c. a.*; 3) Mentitus fuit; Finxit *mendacium c. a. r.*; 4) *n. a.* خُرُوق Permansit *in domo*, neque prodiit *c.* فى *l.* b) خَرِقَ *n. a.* خَرَق 1) Permansit *in domo* neque prodiit *c.* فى *l.*; 2) Volare non valuit ob timorem (*avis*); 3) Stupidus nec dexter in re agenda fuit; 4) Corpus in terram depressit ob metum ab avibus rapacibus *fera Meid.* c) خَرُقَ Ignoravit *rem c.* ب *r.*; Stupidus fuit. II Vehementer laceravit, dilaceravit *c. a. r.*; Multum mentitus fuit. V Laceratus fuit, perforatus fuit, rimasque egit; *pro* تخلّق Mendacium finxit. VIII Transiit *ventus*; Mendacium finxit. XII Laceratus fuit.

خَرْق Fissura. *Pl.* خُرُوق Terra late patens, quam perflant venti, desertum.

خِرْق *Pl.* خُرُوق, خُرَّاق, أَخْرَاق Valde liberalis.

خُرْق Quod aliquis adhibet duritiem loco benignitatis; Quod aliquis cum imperitia et sinistre rem tractat; Stupiditas.

خَرَق Mentis stupor ex pudore vel metu; *vel* Quod aliquis verens et stupefactus oculis apertis adspicit.

خَرِق *Fem.* ة Perculsus pudore metuve.

خِرْقَة *Pl.* خِرَق Pars rei laceratae (ut vestis); Separatum agmen *locustarum.*

خَرُوق Ventus frigidus, vehementer flans.

خَرِيق *Pl.* خُرُق Terra plana, campusve in quo plantae sunt; *et* Ventus frigidus, vehementer flans.

خِرِّيق Liberalis, *vel* elegans, ingeniosus simulque politus.

مِخْرَاق Vir pulchro corpore praeditus, sive sit longus sive non sit; Dexter in re agenda; Taurus sylvester; Dominus; Liberalis. *Pl.* مَخَارِيق Fascia strophiumve convolutum, ut eo percutiatur, uti in ludo خطيرة appellato.; *tum quoque* Gladius ligneus. هو مخراق حرب Multis proeliis interfuit.

مُنْخَرَق Flatus et perspiratio venti; Locus ubi flat ventus.

مُنْخَرِق Celer.

خَرْقَلَ Multa cum diligentia misit *vel* cum cunctatione sagittam, *vel* Ita misit sagittam ut praedam confoderet et ab altera parte exiret.

خَرِكَ *conf.* خَزِكَ.

خركاه *Pl.* خركاهات (*vox peregr.*) Tentorium; *sed et* خركات.

خَرَمَ *F. i. n. a.* خَرْم 1) Disrupit, fregit *suturam c. a.*; Resecuit *aliquid de re c. a. r. et* من *r.*; Fidit isthmum narium *c. a. p.*; 2) Exorbitavit deflexitque *a via c.* عن. b) خَرِمَ *n. a.* خَرَم Perforatam habuit aurem; Isthmum narium perforatum habuit. c) خَرُمَ Non curavit quid diceret aut faceret. V Disrupta, fracta fuit *sutura.*

خَرْم *Pl.* خُرُوم Prominens montis vertex; *in arte metrica* Abiectio unius literae sive syllabae brevis ex initio versus.

خُورَم Petrae fissuras rupturasque habentes.

الخُرَّام Ii, qui omnino a Dei cultu alienati nonnisi peccatis dediti sunt.

خَوْرَمَة Anterior pars nasi.

أَخْرَم *Fem.* خَرْماء Isthmum narium fissum habens; Fissa *auris.*

مَخْرِم *Pl.* مَخَارِم Prominens *collis* vertex; Extrema cuspis *gladii.* المَخَارِم Viae in terra aspera, Initia viarum inter montes; Initium noctis.

مَخْرُوم Versus, in quo id est, quod خرم appellatur.

مُخْرَمِدّ Stans defixis in terram oculis et silens.

خِرْمِس Nox obscura.

اِخْرَمَّسَ Humilis abiectusque fuit.

اِخْرِمَّاس *et* اِخْرِنْمَاس Silere, tacere.

خَرْمَشَ Depravavit, corrupit *librum c. a.*

اِخْرَمَّصَ Siluit.

خِرْمِل Femina fatua *vel* languida, *vel* Anus decrepita.

تَخَرْمَلَ Lacerata fuit (*vestis*).

خِرْنَوْص Porcellus.

خَرْنَفَ Percussit (*gladio*) *c. a. p.* *et c.* ب *instr.*

خِرْنِق *Pl.* خَرَانِق Leporis pullus recens natus, *vel* Lepusculus.

خُرْوَة *Pl.* خُرَات Foramen securis.

خَرِى Stercus humanum.

خَزَ *n. a.* خَزّ Transfodit, confixitque, ac velut consuit (*telo*) *c. a.*, *et* Spinis superne infixis munivit (*murum*), ne quis transcenderet *c. a.* VIII Transfodit, confixitque, ac velut consuit (*telo*) *c. a.*

خَزّ *Pl.* خُزُوز *Pers.* قز Sericum netum grossiusque; Pannus ex eo serico contextus.

خَزَّاز Serici grossioris venditor.

مَخَزَّة Locus leporum.

خَزِبَ *F. a. n. a.* خَزَب Tumuit, *vel* Ita pinguis fuit, ut tumidus videretur; Tumore inflata fuit cutis; Tumore uberum indeque angustia papillae laboravit, *aut* aridum uber et parum lactis habuit *camela*. V Tumore inflata fuit *cutis*; Intumuit *uber* (*camelae*).

خِزْبَاز *et* خَازِبَاز *et* خَازْبَاز *et* خَازِبَازٍ *et* خَازِبَاءُ *et* خَازْبَاءُ *et* خِزْبَاءُ *et* خَازْبَاءِ *et* خَازِبَازِ Muscae in hortis vel pratis, *vel* earum susurrus.

تَخَزْبَزَ Superbivit; Austerum se praebuit; Pedibus anterioribus omnem percussit, obviam venientem.

مِخْزَاج Camela, cuius, quum pinguis est, cutis tumore plena esse videtur.

خُزْخُز Duris musculis praeditus.

خَزَرَ 1) *Prop.* Angustis, *tum* Limis oculis adspexit; 2) Astutus, ingeniosus fuit; 3) Fugit. b) خَزِرَ *n. a.* خَزَر Tectus multum natura fuit oculus palpebris, ut angustis oculis aliquis adspiceret, *vel* Angustus et parvus fuit *oculus*, *vel* Oculos aperuit et tum palpebras contraxit, *vel* Distortus fuit unus oculus. VI Contraxit palpebras arctavitque, acutioris conspectus ergo; Simulavit talem intuitum.

خَزَر Oculorum angustia et parvitas; Iusculum adipe paratum; *item* Nomen gentis, quae prope mare Caspium degit. *Hoc ipsum ab ea* بحر الخزر *dictum fuit.*

خَزِير Pulmentarius cibus, qui fit ex carnibus minutim concisis ac in copiosiore aqua coctis, inspersaque sub finem farina.

خَيْزُرَان *Pl.* خَنَازِر Nomen arboris Indicae, quae radicibus longe lateque serpentibus consistit; Arundo, canna; *et inde* Hasta, quae ex illo arundinis genere conficitur.

خَزْرَبَة Confusio permixtioque verborum.

خَزْرَجَ Incessit claudicando (*ovis*).

خَزْرَفَ Vacillando et iactatis manibus incessit *Kam.*; Properanter incessit (*iumentum*).

خَزَرْنَق Aranea.

خَزَعَ *n. a.* خَزْع Abscidit *c. a. r.*, retinuit; 2) Retro mansit descivitque a sociis *c. a. p. vel c.* عن *p.* II *n. a.* تخزيع Abscidit; Impedivit *ab eundo aliquem c. a. p. et* عن *r.* V Resecuit (*carnem a camelo mactato*) *c. a. r. et* من; Retromansit, descivit *c.* عن *p.*; Partiti fuerunt in segmenta dissecantes *inter sese aliquid c. a. r. et* بين *p.* VII Per medium, non circa extrema abruptus fuit resectusve (*funis*). VIII Separavit avulsitve *aliquem a suis c. a. p. et* عن *r.*

خُزَاعَة Segmentum *carnis*.

خَزَعْبَل Lepidae narrationes, fabulae.

خُزَعْبِلَة Mirum; Narrationes ludicrae, dicta vana.

خُزَعْبِيل Vanus.

خُزَعْبِيلَة Res risum movens.

خَزْعَلَ Claudicavit et ita incessit *hyaena* (*est autem hic incedendi modus hyaenae proprius, non vitio ortus*); 2) Excussit eundo pedes.

خَزَفَ *F. i. n. a.* خَزْف Iactatis manibus superbius incessit.

خَزَف Opus figulinum ex luto.

خَزَقَ *F. i. n. a.* خَزْق Confixit, transfixit *hasta*, *et* scopum attingens *sagitta c. a.*; Merdam excrevit (*avis*). VII Transfixus fuit. VIII Evaginatus fuit (*ensis*).

خَازِق Cuspis hastae; Scopum attingens (*sagitta*).

خَوْزَقَ Palo praepilato impositum in podice (*hominem*) transfixit carnifex *c. a. p.*

مِخْزَق Lignum acuto clavo in capite munitum: hoc lignum est apud eum, qui vendit dactylos immaturos (بسر) pro nucleis; sunt autem ei multa talia ligna, quorum unum puero, qui ad eum vendendorum nucleorum causa venit, tradit, ut quos dactylos illo ligno transfixerit sibi teneat pro nucleorum pretio; quod si vero nullum transfixit dactylum, nucleos perdidit.

خَزِكَ *n. a.* خَزَك Perseveravit *in aliqua re.* (*In Kamuso Turcico* خرك *scriptum reperitur.*)

خَزَلَ *F. i. n. a.* خَزْل 1) Graviter incessit; 2) Secuit, resecuit *rem c. a. r.*; 3) Retinuit, distinuitque *ab opere c. a. p. et* عن *r.* b) خَزِلَ Dorsum fractum habuit. VII Graviter incessit, quasi dorsum eius esset fractum; Desiit *loqui c.* فى *r.*; Supersedit *responso c.* عن; Recessit ab aliquo, se separavit.

خَيْزَل, خَوْزَلى *et* خَيْزَلى Incessus vacillans et gravis, quasi alicuius dorsum fractum esset.

أَخْزَل Fractus dorso; Gibbo extenuatus ut omnino disparuerit *camelus.*

خَزْلَبَ *n. a.* خَزْلَبَة Secuit celeriter *rem c. a. r.*

تَخَزْلَجَ Properavit *in incessu.*

خَزَمَ *F. i.* 1) Fidit *c. a. r.*; 2) Perforavit narium isthmum, et annulum traiecit *c. a. cameli*; 3) Veruculo transfixit coniunxitque (*locustas*) *c. a.* II Indidit annulum (خزامة) in nasum *camelo c. a. cum.* III Via incessit diversa ab ea, quam alter ceperat, dum in eodem loco uterque convenit *c. a. p.*

خَزْم In metro est, quod versus initio una litera vel pluribus ad quatuor abundat, quarum in scansione nulla habetur ratio.

خَزَم *Coll. nom. unit. c.* ة Arbor ei similis cui دوم nomen est: ex eius cortice plectuntur funes.

خِزَامَة *Pl.* خَزَائِم, *aliis* خِزَام Annulus pilis confectus, qui per narium interfinium traiicitur, ut ei alligetur cameli habena, qua regi possit.

خُزَامَى Nomen plantae *vel* ea quae خِيرِىُّ ٱلْبَرِّ appellatur.

أَخْزَم Serpens mas; Penis parvum vinculum habens, quo glans praeputio alligatur.

مَخْزُوم Perforatum nasum habens *camelus*; Rostrum perforatum habens (*avis*).

خَزَنَ 1) Recondidit in horreo, cella, aerario, asservavit *rem*, *opes c. a. r.*; Celavit *arcanum c. a. r.*; 2) *n. a.* خَزْن, خُزُون Corrupta fuit, foetuit *caro* (*ex* خنز *inversione ortum*). b) خَزِنَ *et* c) خَزُنَ *n. a.* خَزَانَة Corrupta foetuit *caro.* VIII Recondidit, asservavit *opes c. a.*

خَازِن *Pl.* خَزَنَة Thesaurarius, condus; *pecul.* Paradisi custos, *et quoque* Gehennae; Lingua.

خِزَانَة *Pl.* خَزَائِن Gazophylacium, apotheca, cella. خزانة السلاح Armamentarium. خزانة الكتب Bibliotheca.

مَخْزَن *Pl.* مَخَازِن Apotheca, horreum.

خَزَنْدَار (*est vox compos. e* خزن *et Pers.* دار) Thesaurarius, cui, qui tributa colligunt, sunt subditi.

خَزَنْزَر Pravae indolis *vir.*

خَزَأَ *F. o. n. a.* خَزْو Subegit, domuit, disciplina rexit (*hominem*); A cupiditate sua retinuit; Mansuefecit et docuit *iumentum c. a.*; 2) Inimicus fuit *alicui c. a. p.*; *item* 3) Fidit linguam *pulli camelini c. a.*

خَزَى *F. i.* Ignominia afficienda *aliquem* vicit *c. a. p.* b) خَزِىَ *F. a.* 1) *n. a.* خِزْى *et* خَزًا In malum incidit eamque ob causam vilis, abiectus fuit; 2) *n. a.* خَزًى *et* خَزَايَة Erubuit, pudorem concepit. III Ignominia affecit *aliquem c. a. p.* IV Calamitatibus affecit *aliquem* quibus vilis redderetur (*Deus*) *c. a. p.*; Perdidit, afflixit *c. a. p.* X Pudore affectus fuit.

خِزْى Confusio.

خِزْيَة Afflictio, aerumna; Confusio; Infamia.

خَزْيَان *Fem.* خَزْيَا *Pl.* خَزَايَا Pudore affectus, pudibundus.

أَخْزَى Ignominia magis affectus.

مَخْزَاةٌ *Pl.* مَخَازٍ Ignominia, dedecus.

خَسَّ *Praet.* خَسِسْتَ *n. a.* خِسَّةٌ *et* خَسَاسَةٌ Ignobilis, vilioris generis, sequiorve fuit; *etiam* Avarus fuit. b) خَسَّ *Praet.* خَسَسْتَ *F. o.* Pravam, vilem reddidit (*portionem alicuius c. a.* X Reputavit, invenit vilem *rem c. a. r.*

خَسٌّ Lactuca.

خَسِيسٌ Ignobilis ac vilior.

خَسِيسَةٌ *Pl.* خَسَايِسُ Ignobilis conditio ac vilitas.

خَسَأَ *F. a. n. a.* خَسْأٌ, خُسُوٌّ Abegit, repulitve (*canem*) *c. a.*; 2) Abactus longiusve remotus fuit; 3) Hebes fuit *visus.* b) خَسِيَ *n. a.* خَسْأٌ Abactus, remotus fuit *canis.*

خَسِيجٌ Tentorium خباء, *vel* Vestis lana contexta.

خَسِرَ *F. i.* 1) *n. a.* خَسْرٌ, خُسْرٌ, خَسَارٌ, خُسْرَانٌ *et* خَسَارَةٌ Aberravit a via; 2) *n. a.* خُسْرٌ, خُسْرَانٌ Iacturam fecit in emendo aut vendendo *vel* deceptus fuit *mercator*; 3) *n. a.* خَسْرٌ *et* خُسْرَانٌ Diminuit (*rem*). b) خَسِرَ *F. a. n. a.* خَسَرٌ 1) Aberravit a via; 2) Iacturam fecit in emendo aut vendendo *vel* deceptus fuit *mercator c.* فى *r.* IV Diminuit *rem c. a.*

خَاسِرٌ Errans in via; Iacturam faciens.

خَسِيرٌ Errans in via.

خُسْرَانٌ Iactura.

خَنْسَرَى Aberratio a via; Interitus; Perfidia, defraudatio.

خَيْسَرَى Errans in via.

أَخْسَرُ *Plur. san.* Dispendium faciens, damnum passus.

خُسِعَ Repulsus, reiectus est *c.* عن.

خَسَفَ *F. i.* 1) *n. a.* خُسُوفٌ Demersus fuit et disparuit (*locus*) *c.* فى *l.*; *et inde dicitur* خسف به اللّٰه الارض Sub terram demersit, perdidit eum (*locum*) Deus; 2) Delituit et disparuit in terra (*fons*); 3) Lacte abundans hieme celeriter lac dare omisit (*camela*); 4) *n. a.* خَسْفٌ Effecit, ut quae abundaret lacte *camela*, ea hiemis tempore cito careret *Deus c. a. camelae*; 5) *n. a.* خُسُوفٌ Deliquium passa fuit (*luna*); 6) *n. a.* خَسْفٌ Diminuit *rem c. a. r.* VII Deliquium passa fuit (*luna*).

خَسْفٌ Nux esculenta; Iuglans regia; Defectus, detrimentum; Quod aliquis alterum ignominia afficit *vel* eundem ferre cogit quod recusat. بات فلان الخسف Pernoctavit quidam esuriens.

خُسُوفٌ Eclipsis.

خَسِيفٌ *F.* ة Comprimendo ruptus *oculus*; Cuius aqua in terram multum recessit et paene siccus *fons.* *F.* ة *Pl.* خُسُفٌ, أَخْسِفَةٌ In terra lapidosa fossus aquam copiosam et perennem habens *puteus.*

خَسَقَ *F. i.* (*conf.* خَزَقَ) Attigit scopum, penetravit (*telum*).

خَسَلَ (*conf.* حَسَلَ) Reiecit *c. a.*

خَسِيلٌ *Pl.* خُسَّالٌ *et* خَسَايِلُ Sequior, vilis; Faex populi.

أُخْسُومٌ Ansa hipposperae.

أَخْسَنَ Eviluit postquam auctoritate et honore polluerat.

خَسًا *Plur. irreg.* أَخْسَاءُ Impar.

خَسَّا *n. a.* تَخْسِيَةٌ Lusit nucibus par impar.

خَسِيٌّ Amiculum seu operimentum lana contextum.

تَخَاسَى Invicem iecerunt lapillis seu glarea.

خَشَّ *F. o. n. a.* خَشٌّ 1) Traiecit annulum ligneum (خشاش) per cartilaginem narium *cameli c. a. cameli*; 2) Intravit, immisit se *in rem c.* فى *r.*; 3) Clam vituperavit perstrinxitque (*hominem*) *c. a. p.* VII Intravit in rem; Se immiscuit *hominibus c.* بين *p.*

خَشَاشٌ Reptilia et aves.

خِشَاشٌ *Pl.* أَخِشَّةٌ Annulus ligneus, qui inseritur interfinio narium cameli, ut ei annectatur habena; Penetrans, exsequens negotium *vir.*

خَشَبَ *F. i.* 1) Commiscuit *rem rei c. a. r. et* ب *alter.*; *et contrà* 2) Selegit, exemit *c. a.*; 3) Laevigavit polivitque; *et quoque* 4) Cudit (*ensem*) *c. a. r.* V Voravit lignum *vel* aridum (*camelus*). VIII Sine studio, nec adhibita lima, composuit (*carmen*) *c. a.* XII اِخْشَوْشَبَ Longus, asper, ossibus carne nudatis praeditus et durus fuit.

خَشَبٌ *Pl.* خُشْبٌ, خَشَبٌ, خُشُبٌ, خُشْبَانٌ Lignum durum, crassum. خَشَبَةُ الحَايِكِ Iugum textoris.

أَخْشَبُ Durus, asper (*de omni re*).

خَشْتَق (*Pers.* خشتجه) Linum, *vel* Sericum *vel* segmentum vestis sub axilla.

خَشْخَشَ Strepitum sonumve excitavit. II Strepuit, sonuit (*de armis rebusque aridis*); Intravit *in arborem* et delituit *c.* فى.

خَشْخَاشٌ Papaver.

خَشْخَشَةٌ Strepitus armorum omnisque rei aridae, quum una pars eius altera teritur; Intrare in rem.

خَشَرَ *F. i. n. a.* خَشْرٌ Mundavit a quisquiliis et sequioribus particulis (*rem*) *c. a.*; *et* 2) *contra* Reliquit sequiores cibi particulas in mensa. b) خَشِرَ Pusillanimis fugit.

خُشَارٌ Hordeum medulla destitutum; Faex hominum.

خُشَارَةٌ Sequiores particulae (*de qualibet re*); Faex hominum.

خَشْرَبَ *n. a.* خَشْرَبَةٌ Non firmiter sed negligenter *opus* fecit *c. a. r.*

خَشْرَمَ Sonum vorando edidit (*hyaena*).

خَشْرَمٌ Examen apum et crabronum; Domus apum; Regulus earundem.

خَشَعَ *n. a.* خُشُوعٌ Humilis, submissus fuit; *inde* 2) Paene evanuit (*gibbus cameli*); *et* 3) Appropinquavit occasui (*stella*); *et* 4) Humiliavit se, quievit; 5) Eiecit *pituitam e pectore*, *et quoque* Eiecta fuit. IV Humilem reddidit *c. a.* V Humiliavit se. VIII Demisit caput oculis in terram fixis; *inde* Humilis, submissus fuit.

خَاشِعٌ *F.* ة *Pl.* خُشَّعٌ Humilis; modestus. صوت خاشع Vox submissa precantis; *item* Depressus isque pulvere oppletus, mansionibus carens, ad quem via non ducit *locus*.

خَشْعَةٌ *Pl.* خُشَعٌ Collis depressior terrae adhaerens.

خَشَفَ *F. i.* 1) *n. a.* خَشْفٌ, خَشْفَةٌ Sonuit (*ut nix in summo frigore quum calcatur*); 2) Fregit tundendo *caput lapide c. a. r. et* ب *instr.*; 3) Protrusit in pariendo celeriter ex utero *infantem mater c.* ب *r.*; 4) Festinavit *in itinere*, *incessu c.* فى *r.*; 5) *n. a.* خُشُوفٌ, خَشَفَانٌ Peragravit terram; 6) Intravit in internum rei; 7) *n. a.* خَشَفَانٌ Noctu ivit *vel* audax fuit in itinere nocturno suscipiendo; 8) *n. a.* خِشَافَةٌ Viam eundo monstravit *viae dux alicui c.* ب *p.*; 9) Vehemens fuit *frigus*. b) خَشِفَ Scabie in toto corpore ita affectus fuit, ut senis modo incederet. III Celeriter rupit *foedus et clientelam c.* فى *r.*; Impulit *camelos* et quasi eundo cum iis certavit *tota nocte c. a. camel. et acc. noctis.* VII Intravit in internum *rei c.* فى *r.*; Intravit *c.* فى.

خِشْفٌ Musca viridis. *F.* ة *Pl.* خِشَفَةٌ Pullus dorcadis tempore, quo natus est *vel* quo incedere incipit *vel* dorcas pullos suos fugiens.

خَشَفَةٌ Sonus; Motus; *vel* Sonus submissus.

خَشُوفٌ Celer *de viro*; Terram peragrans; In internum rei intrans; Noctu circumvagans, *vel* Audax in itinere nocturno suscipiendo. *Pl.* خُشُفٌ Noctu incedens *camelus*.

الأَخَاشِفُ Terrae durae.

مُخَشَّفٌ Locus glaciei.

خَشَلَ *n. a.* خَشْلٌ Vilem reddidit *c. a.* b) خَشِلَ Trita fuit (*vestis*). V Abiectus, vilis fuit.

خَشَلٌ *Coll. nom. unit. c.* ة Fructus palmae pumilae et sylvestris (مقل).

خَنْشَلِيلٌ Celer et penetrans (*homo*).

خَشَمَ *F. i. n. a.* خَشْمٌ Fregit *alicui* cartilagines nasi, laesitque *c. a. p.* b) خَشِمَ 1) *n. a.* خَشَمٌ, خُشُومٌ Amplum habuit nasum; 2) Propter internum morbum ulceris aliusve rei odorem foetidum habuit *nasus*; 3) *n. a.* خَشَمٌ, خُشَامٌ Nasi cartilagines quum ceciderint et meatus ea

de causa esse desierint, odoratu caruit *homo*; 4) Corrupta foetuit (*caro*).

خَيْشُومٌ *Pl.* خَيَاشِيمُ Cartilaginum pars, quae supra nasi partem نُخْرَةٌ appellatam sunt. الخَيَاشِيمُ Cartilagines in extremo naso, quae nasum a cerebro separant.

خَشُنَ n. a. خُشْنٌ, خُشْنَةٌ, خَشَانَةٌ, خُشُونَةٌ, مَخْشَنَةٌ Asper, durus fuit. II n. a. تَخْشِينٌ Asperum reddidit et exasperavit *c. a.* III Asperum, durum se praebuit *alteri c. a. p.* V Multum asper, durus fuit; Asperum, durum se praebuit, *vel* Duro vestitu, aspero sermone usus fuit, *vel* Asperam, duram vitam gessit. VIII Asper, durus fuit. X Asperum comperit *c. a.* XII اخْشَوْشَنَ Multum asper, durus fuit.

خَشِنٌ *Fem.* ة *Pl.* خِشَانٌ Asper *de omni re.*

خُشْنَةٌ *et* خُشُونَةٌ Asperitas; Durities.

أَخْشَنُ *Fem.* خَشْنَاءُ *Pl.* خُشْنٌ *et poët.* خُشُنٌ Asper.

خَشَنْفَلٌ Mulieris membrum genitale.

خَشَا *F. o.* Pravos parvosque dactylos (خَشْو) protulit (*palma*).

خَشْوٌ *Coll.* Dactyli parvi et pravi.

خَشِيَ *Fut.* يَخْشَى *Praet.* خَشِيتُ n. a. خَشًا, خِشًا, خَشَاةٌ, خَشْيَةٌ, خَشْيَانٌ, مَخْشَاةٌ, مَخْشِيَةٌ 1) Timuit *aliquam rem c. a. r. vel p.*, *tum ab aliquo c.* من *p.*, *tum pro aliquo c.* على *p. et a. r.*; 2) Timore vicit, magis timidus fuit quam alter *c. a. p.*

خَشٍ *F.* ة Timidus, meticulosus.

خَشْيَانُ *F.* ة *et quoque Fem.* خَشْيَاءُ *i. q.* خَشٍ.

خِشْيَانٌ Formido.

أَخْشَى Magis timendus *locus.*

خَصَّ n. a. خَصٌّ, خُصُوصٌ, خِصِّيَّةٌ, خِصِّيصَاءُ, خُصُوصِيَّةٌ, تَخِصَّةٌ *et* خِصِّيصَى Proprium et peculiare fecit tribuitve *alicui aliquid c. a. p. et* ب *r.*; 2) *Pass. Praet.* خُصِصْتَ n. a. خَصَاصٌ, خَصَاصَةٌ Pauper, egenus fuit. II n. a. تَخْصِيصٌ Proprium peculiaremve effecit reddiditque. IV Minus fecit quam debuit *c.* ب. V Proprius fuit. VIII Proprius et peculiaris fuit, intimus amicus fuit *c.* ب *p.*; Propriam, peculiarem *alicui* tribuit *rem c. a. p. et* ب *r.* X Propriam, peculiarem esse voluit *rem c. a. r.*

خَاصٌّ *Fem.* ة Proprius, peculiaris.

خَاصَّةٌ *Pl.* خَوَاصُّ Regis personae addicti, eius familiares; *et inde gener.* Proceres civitatis vulgo oppositi.

خَصَاصَةٌ Paupertas; Hiatus, rima, *vel* omnis rima et interstitium in porta, cribro, rica aliave his simili re.

خُصُوصًا Proprie, peculiariter, praesertim.

خَاصِّيَّةٌ Proprietas.

خَصَبَ *F. i.* n. a. خِصْبٌ Herbarum copia et multo proventu instructa fuit *regio.* b) خَصِبَ Herbarum copia et proventu multo instructa fuit *regio.*

خِصْبٌ Herbarum copia, proventus ubertas, vitae commoditas.

خَصِيبٌ Proventus abundantia gaudens.

خَصِرَ 1) Laesus a frigore fuit (*homo*) in extremis corporis membris; 2) Valde friguit seu riguit (*dies*). III Manu prehendit (*socium*), ut simul incederent *c. a. p.*; *etiam* Diversam ingressus viam eodem loco occurrit *alteri c. a.*; *vel* Ad latus *alicuius* incessit. V Manu prehendit *c.* ب *r.*; Posuit manum in latere (خَاصِرَة). VIII Prehendit, sumsit instrumentum مِخْصَرَة appellatum; Brevissima ivit *via c. a. viae*; Contraxit, abbreviavit (*sermonem*); Superfluam rei partem resecuit.

خَصْرٌ *Pl.* خُصُورٌ Medium corporis humani.

خَصَرٌ Frigus.

خَصِرٌ Frigida (*aqua*).

خِنْصِرٌ *Pl.* خَنَاصِرُ Digitus parvus.

خَاصِرَةٌ *Pl.* خَوَاصِرُ Hypochondrium; Latus.

اخْتِصَارٌ Compendium, epitome.

مُخَصَّرٌ *F.* ة Tenuis, gracilis; Gracile *latus corporis.*

مِخْصَرَةٌ *Pl.* مَخَاصِرُ Id quo se aliquis innititur ut baculus; Id quod rex in manu tenet, et quo indicia facit.

خَصَفَ *F. i. n. a.* خَصْف 1) Consuit subula perforatam *soleam c. a.*; 2) Texit *corpus nudum foliis* unum cum altero ordine coniungens *c. a. r. et* على *corporis*; 3) *n. a.* خِصَاف Abortivit *camela* mense nono; 4) خُصِفَ Pone se alios habuit. II Aequis albi nigrique crinis partibus variegatum reddidit *canities c. a. p.*; Malae indolis fuit, prave se gessit; Magno cum studio se dedidit rei, a qua natura abhorrebat. IV Festinavit.

خَصْف Duabus partibus constans *seu* duplicata solea.

خَصَفَة *Pl.* خَصَف, خِصَاف Cophinus in dactylorum usum, ex foliis palmae (خوص) factus; Vestis multum crassa.

خَصِيف Cinis; Solea duplicando consuta; Lac dulce cui infundunt lac spissum; 2) *Adi. gener. comm. et quoque Fem.* 8 Variegatus albo et nigro.

خَصَّاف Mendax; Is qui soleas consuit.

أَخْصَف Albis hypochondriis praeditus (*de equo et ove*).

الخاصكيّة Ministri regis (*Pagen*).

خَصَلَ 1) *n. a.* خَصْل, خِصَال Superavit iaculando (*conf.* خُصْلة) *c. a. p.*; 2) Resecuit de carne (*aliquid*) *c. a.* III *n. a.* خِصَال Certavit iaculando, *spec.* deposito pignore *c. a. p.*

خَصْلَة *Pl.* خِصَال Indoles, proprietas, tam bona quam prava, *vel potissimum* bona.

خُصْلَة *Pl.* خُصَل Intricata coma; Pars parva intricatae comae, cincinnus *Kam.*

مِخْصَال Falx.

خَصَمَ *F. i.* Altercatione et lite vicit, superavit *c. a. p.* III *n. a.* خِصَام, مُخاصَمة Altercatus fuit, litigavit *c. aliquo c. a. p.*; *sed pro aliquo c.* عن *p.* VI Altercati sunt et litigarunt inter sese. VIII (*Fut.* يَخْتَصِم *et* يَخِصِّم) (*proprie* Traxit rem); Altercati sunt et litigarunt inter sese.

خَصْم (*Est pro Sing. Dual. Plur.*) Adversarius, altercator et litigator.

خُصْم *Pl.* خُصُوم *et* أَخْصَام Latus, angulus, tractus *rei.*

خَصِم *Pl.* خَصِمُون Altercans, litigans multum.

خَصِيم *Pl.* خُصَمَاء, خُصْمَان Litigator, altercator.

خُصُومَة Altercatio; Lis.

خَصِين *Pl.* خُصُن *et* أَخْصُن Securis parva.

خَصَى *n. a.* خِصَاء Castravit (*caballum etc.*) *c. a.* IV Scientiam unam edoctus est.

خُصْيَة *Dual.* خُصْيَتَان *Pl.* خُصَى Testiculus.

خَصِيّ *Pl.* خِصْيَة, خِصْيَان Castratus; Eunuchus.

خَضْخَض Variae species cibi, conchae exiguae albae, quibus ornantur parvae puellae.

خَضَّضَ Ornavit conchis خضض appellatis *aliquam c. a. p.* III Vendidit credito, ac velut mutuo dando *c. a. p.*

خَضَاض Parum mundi muliebris; Atramentum scriptorium.

خَضَبَ *F. i. n. a.* خَضْب Tinxit *manum, crines aut ungues cypro allave re c. a. p. et* ب *r.*; 2) *F. i.* Viruit *arbor*; 3) *n. a.* خَضْب Spathas virides habuit *palma.* b) خَضِبَ Viruit *arbor.* c) خُضِبَ *n. a.* خُضُوب Viruit *arbor.* II Bene tinxit *c. a.* IV Protulit plantas virides *terra.* VIII Tinctus fuit, semetve tinxit. XII اخْضَوْضَبَ Viridis fuit (*arbor*).

خِضَاب Res qua tingitur.

خَضِيب *gen. comm.* Tinctus. الكَفّ الخَضِيب Nomen syderis.

مِخْضَب Labrum, *pec.* figlinum lapideumve in quo vestes lavantur.

أَخْضَج Dissolvit (*negotium*) *c. a.* V Claudicavit, et coivit (*ovis*). VII Inclinata ac distorta fuit (*ocrea*); Ira accensus fuit.

خَضْخَضَ Movit commovitve (*aquam, polentam simileve quid*) *c. a.* II Commotus fuit.

خَضَدَ *F. i.* Fregit lignum sive aridum sit sive molle, ita ut eius partes non separarentur; 2) Secuit *c. a. r.*; 3) Inflexit *collum alterius camelus c. a. r.*; 4) Resecuit spi-

nas *arboris c. a. arb.*; 5) Edit vehementer vel rem mollem *ut* cucumerem *etc.* IV Traxit *pullus equi* ob alacritatem habenam. VIII Capistravit ut obsequens fieret et in eo vectus est *c. a. cameli.*

خَضَرَ Abscidit (*palmam*) *c. a.* b) خَضِرَ *n. a.* خَضَرٌ Viruit (*arvum*), Laeta fuit *seges.* III Virides fructus, *tum etiam* olera vendidit ante maturitatem aut perfectionem. VIII Portavit (*onus*) *c. a. r.*; Demessuit resecuitve *pabulum virens c. a. r.* IX Viridis fuit. XII اِخْضَوْضَرَ Viridis fuit.

أَلْخَضِرُ *et quoque* أَلْخَضْرُ Socius Mosis, *nempe* Pinehas.

خَضِرٌ *F.* ة Viridis; Virens.

خَضَارٌ Lac cui multum aquae immixtum est; *et* Primum apparens olus.

خُضْرَةٌ *Pl.* خُضَرٌ *et* خُضْرٌ Color viridis; *in equis et camelis* Color pulverulentus nigro mixtus; *in hominibus autem* Color fuscus.

خَضْرَاءُ Coelum; Turba, multitudo hominum; Agmen militum magnum.

خَضَارَةٌ Olera in hortis nascentia. خُضَارَةُ *sine articulo* Mare.

أَخْضَرُ Viridis; Niger; Fuscus.

الأَخَاضِرُ Aurum et caro et vinum.

خَضْرَبَ *n. a.* خَضْرَبَةٌ Commota fuit *aqua.*

خِضْرِيجٌ Melonum hortus.

خُضَارِعٌ Avarus.

خَنْضَرِفٌ Crassa, carnosa, magnas mammas habens.

خِضْرِمٌ Abundans aqua *puteus*; Magnum *mare*; Multus, copiosus (*de omni re*). *Plur.* خَضَارِمُ, خِضْرِمُونَ,

خَضَارِمَةٌ Vir admodum liberalis.

مُخَضْرَمٌ *Fem.* ة Non circumcisus; Qui dimidium aetatis tempore paganismi alterum Muhammedis tempore peregit, *vel* qui tempore paganismi simul et Muhammedis vixit, *vel* poeta qui tempore paganismi et Muhammedis vixit.

خَضَعَ *F. a. n. a.* خُضُوعٌ 1) Submissus, humilis, depressus fuit *c.* ل *p.*; 2) Ad occasum inclinavit *stella*; 3) Quievit; 4) Diligens fuit et vires intendit *in incessu suo camelus c.* فى; 5) Collum depressit *senectus alicui c. a. p.*; 6) Invitavit *ad malum peragendum c. a. p. et* الى *r.*; 7) Quiescere fecit, sedavit *c. a. p.* II Secuit carnem in partes. III Lenibus et humilibus verbis affatus fuit (*mulierem*) *c. a. p.* IV Humiliavit submissumque reddidit *c. a.* VIII Demissus, submissus, humilis, depressus fuit. XII اِخْضَوْضَعَ Demissus, submissus, humilis, depressus fuit *c.* ل *p.*

خَضُوعٌ *Pl.* خُضُعٌ Humilis, submissus: obsequens.

أَخْضَعُ *Fem.* خَضْعَاءُ Is qui libenter se submittit et obsequitur; Qui depresso est collo a natura praeditus *de struthione.*

خَضَعْبَةٌ Debilitas; Mulier pinguis et debilis.

تَخَضْعَبَ Confusum, commixtum fuit *negotium.*

خَضَفَ *F. i. n. a.* خَضْفٌ, خُضَافٌ 1) Pepedit *c.* ب; 2) Comedit *cibum c. a.*

خَضِلَ Maduit, madida fuit *res* (*conf.* خَصِلَ). IX اِخْضَلَّ Madidus fuit; Madefactus fuit; Obscura fuit (*nox*).

خَضِلٌ Madida res, cuius humor paulatim exsudat; Recens mollisque et tenera (*planta*).

مُخْضَلٌّ Delicata, iucunda *vita.*

تَخَضْلَبَ Infirmum fuit *vel* confusum *negotium.*

خَضْلَفَ Paucos dactylos protulit *palma.*

خَضَمَ (*conf.* قضم) *F. i. n. a.* خَضْمٌ 1) Edit, *vel sec. al.* extremis dentibus molaribus manducavit, *vel* ore omnino impleto, *vel* res humidas *ut* cucumeres *c. a. r.*; 2) Secuit, amputavit; 3) Dedit *opum suarum partem alicui c.* ل *p. et* من *opum*; 4) Pepedit *c.* ب *p.*

خِضَمٌّ *Propr.* Mare abundans aqua; *inde* Agmen magnum hominum; Vir mansuetus, liberalis ac munificus, dominus; Corpulentus equus; Gladius acutus.

خَضِيمَةٌ Triticum in aqua coctum.

خَضَنَ *n. a.* خَضْنٌ Irruens et magna ira commotus e corpore eius morsu aliquid abstulit *camelus c. a. cameli.* *Pass.*

Aversa, remota fuit *ab aliquo urbanitas c.* عن *p.* III *n. a.* مخاضنة Amatoriis verbis usus *erga feminam* iocatus est *c. a. p.*; Turpibus se invicem petiverunt dictis.

خطّ *F. o. n. a.* خطّ Lineas duxit, etiam in arena sortilegii ergo; Lineas digitis fecit; 2) Scripsit *c. a.*; 3) Signo imposito aliis rem vetitam esse declaravit *c.* على *r.*; 4) Terram a nemine ante habitatam (خطّ, خطّة) occupavit sibi *c.* ل *p. et a. r.* II Lineis striisve insignivit *c. a.*, striatam texuit (*vestem*) *c. a.* IV Lineis notata fuit *facies.* VIII Lineis notata fuit *facies*; Fundavit *oppidum.*

خطّ *Pl.* خطوط *et* أخطاط Linea, stria. خطّ الاستواء Linea aequinoctialis. Linea quam in arena sortilegus ducit vaticinandi ergo; Scriptura calami aliusve rei; Via; Litus Bahreinense, *vel* omne litus; Via recta, maior platea urbis.

خطّة Terra pluvia non rigata, in qua domicilium figis, quum ante te nemo ibi degerit; *item Pl.* خطط Terra signo notata, quum eam sibi aliquis elegerit aedificandae domui aptam.

خطّة *Pl.* خطط Res, negotium *viri*; Conditio negotii vel muneris; Propositum firmum et audacia in rebus peragendis.

خطيطة *Pl.* خطائط Terra, quae inter duas a pluvia rigatas regiones in medio ipsa non rigata fuit

خطّيّ Pertinens ad Arabiae locum, qui الخطّ dicitur. *Inde* hastae *appellantur* خطّيّة.

مخطّ Lignum, quo textor strias ducit in panno; Ligneum aliudve instrumentum, aut stylus, quo ducuntur lineae.

خطأ Eiecit *spumam* (*olla*) *c.* ب *r.* b) خطئ *F. a. n. a.* خطأ, خطاء Haud recte egit, erravit; *tum quoque* Peccavit. II *n. a.* تخطئة *et* تخطيء Erroris vitiique arguit *c. a. p.* IV أخطأ Errorem commisit; A recto declinavit, non recte egit. V Non recte fecit, erravit. VI Coniecit in errorem, vitium *aliquem c. a. p.*

خطء Falsum; Error data opera commissus.

خطأ Falsum, error haud data opera commissus; *tum quoque* Peccatum, crimen.

خطاء Falsum, haud rectum, error; *tum quoque* Peccatum, crimen.

خطيئة *Pl.* خطايا, خطائي Error, falsum; *tum quoque* Peccatum, crimen.

خاطئ *Fem.* ة *Pl.* خواطئ Data opera errans, vitium committens.

خطب *F. o.* 1) *n. a.* خطبة, خطابة Orationem, خطبة appellatam, habuit e suggesto *orator; inde* خطب لنفسه Sibi ipsi imperium vindicavit pro se preces publicas habens; 2) *n. a.* خطب, خطبة, خطّيبى Expetivit in coniugem *mulierem c.* الى *p. et acc. alt.* b) خطب Colore impuro, qui sub خطبة descriptus est, praeditus fuit. c) خطب *n. a.* خطابة Evasit fuitve concionator. III *n. a.* خطاب, مخاطبة Affatus fuit *c. a. p.* IV Prope fuit, latusque venatori obtulit *praeda c. a. p. Djeuh.* VIII Orationem خطبة appellatam habuit; Expetivit in matrimonium *c. a. p.*

خطب *Pl.* خطوب Res, negotium.

خطب *Pl.* أخطاب Qui in matrimonium expetit *feminam*; Quae in matrimonium expetitur *mulier.*

خاطب *Pl.* خطباء Orationem خطبة habens.

خطبة Quae in matrimonium expetitur.

خطبة Color impurus, *aut* ruber cum flavo mixtus, *aut* pulverulentus cum viridi. *Pl.* خطب Concio, qua apud Muhammedanos laudari solet Deus, benedici Muhammedi eiusque familiae ac imperatori die Veneris.

أخطب *Fem.* خطباء Colore impuro, sub voce خطبة descripto praeditus.

مخاطب Quem alloquitur alius; Secunda persona, *apud Grammaticos.*

خطخط 1) Inclinatus, incurvatus fuit ex lassitudine *in incessu c.* في; 2) Emisit *urinam c.* ب *r.*

خطر *F. o. (Kam.) F. i. (Djeuh.)* 1) *n. a.* خطر, خطير *et* خطران In dextram et sinistram iactavit *caudam camelus*, atque ea femora sua percussit *c.* ب *caudae*; 2) *n. a.* خطران Vibravit, *seu potius* sursum deorsumque motitavit

(*infligendi ergo*) *ensem vel hastam c.* ب *r.*; 3) *F. i.* (*Djeuh.*) Agitata ita fuit tremuitve *hasta*; 4) *n. a.* خَطَرَان Multum agitato corpore superbi more incessit; 5) *F. i. o. n. a.* خُطُور Incidit *in animum res* postquam oblitus eam fuerat *c.* ب *vel* على *animi.* b) خَطُرَ *n. a.* خُطُورة Elatus, altus fuit; Dignitate polluit. III Aleam et periculum subivit *contra alium*, sive pugna sive facta sponsione. خاطر بنفسه Periculo semet exposuit. IV Fecit, ut aliquid in memoriam alicuius rediret *c. a. p.* VI Iactarunt vicissim caudas; Deposuerunt inter se pignus, aut facta sponsione certarunt.

خَطْر Cogitatio; Mensura magna; Nobilitas, gloria.

خِطْر *Pl.* أَخْطار Camelorum magnum agmen.

خَطَر Periculum quo quis exitio imminet. *Pl.* أَخْطار *Pl.* *Pl.* خُطُر Pignus quod datur in cursus certamine; Nobilitas, gloria.

خَطِر *Fem.* ة Incidens in animum.

خاطِر *Pl.* خَوَاطِر Cogitatio; Incidens in animum.

خَطِير *Pl.* خُطُر Magnus, periculosus; Nobilis.

خَطَّار *Fem.* ة Caudam iactitans (*camelus*); Vibrata tremens (*hasta*).

خَطْرَبَ *n. a.* خَطْرَبَة Finxit mendacium.

خَطْرَفَ 1) Celeriter incessit, *vel* duplo maiores passus fecit; 2) Percussit (*gladio*) *c. a. p. et* ب *instr.*

خَطِفَ *F. a. et* خَطَفَ *F. i. n. a.* خَطَفان Celeriter incessit *camelus*; 2) *F. a. n. a.* خَطْف *et quoque* خَطَف *F. i.* Abripuit, raptavit *rem c. a.* IV Non attigit iactu *praedam c. a. r.* V Abripuit *c. a. r.*, raptavit *c. a. r.* VIII Abripuit, eripuit *c. a. r.*; Reliquit *aliquem febris c. a. p.*

خاطِف Rapiens; *cum articul.* Lupus.

خَطْفة Membrum quod abripit fera.

خُطّاف Hirundo; Ferrum capite aduncum; *inde Pl.* خَطاطِيف Ungues ferae; *tum* Ferrum tale in utroque latere trochleae in quo haeret axis.

خَطِلَ *n. a.* خَطَل Multo ac futili sermone usus est *vir*.

خَطَل Levitas, celeritas; Sermo pravus, multus; Longitudo, *et* Vacillatio *in corpore.*

خَطّالة Inhonesta, impudica *mulier*.

أَخْطَل *Fem.* خَطْلاء *Pl.* خُطْل Laxus pendulusque *de aure*; Latas habens aures *ovis*; Longis pendulisque uberibus, utris in modum, nec pulchra corporis statura praedita *mulier*; Pravo multoque sermone utens *homo.* الأَخْطَل Musca viridis.

خَطْلَبة Multitudo verborum eorumque confusio (garrulitas).

خَطَمَ *F. i.* 1) Percussit in naso *c. a. p.*; 2) Instruxit *capistro* (خطام) *camelum equumve c.* ب *inst. et c. a. anim.*, *vel* traxit nasum, ut capistraret *c. a.*; 3) *n. a.* خَطْم, خطام Instruxit *nervo arcum c. a. arcus et* ب *nervi*; VIII Capistravit *c. a. p.*

خَطْم Res magna; Rostrum (*avis*); Anterior pars nasi et oris (*in quadrupede*); Os *ferae*; Nasus *hominis.*

خِطام *Pl.* خُطُم Capistrum; *vel* Omnis res, qua nasus cameli instruitur ut eius ope ducatur; Chorda arcus; Nota in iumenti naso, *aut* in latiore eius parte usque ad genam.

خِطْمِي *et quoque* خَطْمِيّ Nomen herbae, cuius in medicina usus varius *in Kamuso describitur*; *nempe* Althaea.

مِخْطَم *et* مَخْطِم *Pl.* مَخاطِم Nasus *hominis.*

مُخَطَّم Capistratus *camelus*, *aut* notatum in rostro iumentum.

خَطَا *F. o. n. a.* خَطْو Passum posuit, eoque progressus fuit. *Quidam perperam dicunt* خطيت *pro* خطات peccasti. V Passum posuit *in c. a. r.*; Proxime secutus *aliquem* praeterivit *c. a. p.* VIII اختطى *et* اختاط Passum posuit, incessit *c. a. l.*; Proxime secutus *aliquem* praeterivit *c. a. p.*

خَطْوة *Pl.* خَطَوات *et* خطاء *nomen vicis* Actio una passum ponendi; *tum et* Passus.

خُطْوة *Pl.* خُطًى (*Pluralis in multis*) *et* خُطُوات, خُطَوات, خُطْوات (*Pluralis in paucis*) Passus, *vel* spatium inter pedes.

خَطِيئَة Error, vitium, peccatum.

خَظَّ Laxum habuit corpus *vir*.

خَظَا *i. q.* بظا *n. a.* خُظُوّ Compacta, multa fuit *caro*.

خَظِيَ *n. a.* خَظًا Crassus, compactus fuit.

خَعَّ *F. i.* E gutture sonuit quum cursu gravatus anhelaret.

خَيْعَرَة Levitas et inconstantia mentis.

خَيْعَل Vestis e pellibus confecta.

خَيْعَلَ *n. a.* خَيْعَلَة Induit vestem خيعل appellatam *alicui c. a. p.*

خَوْعَم Stultus.

خَفَّ *F. i.* 1) *n. a.* خَفّ, خِفّ, خِفَّة Levis fuit pondere, dignitate *et* de morbo *c.* عن *p.*; 2) *n. a.* خُفُوف Numero pauca fuit *gens*; 3) Celeriter migravit, discessit *ad aliquem c.* الى *p. gens*; 4) *n. a.* خِفَّة Agilis fuit, talemve se praebuit *alicui in servitio*. IV Ad levitatem seduxit *aliquem c. a. p.* V Ocreis induit se iisve indutus fuit (*a* خُفّ). VI Levis, agilis fuit. X Levem putavit, habuit *c. a.*

خِفّ Levis pondere, dignitate, moribus; Agilis.

خُفّ *Pl.* خفاف Ocrea. *Pl.* أَخْفَاف Ungula *pedis*, cameli et struthiocameli (*proprie tantum in his duobus*); *et* Pedis humani planta.

خِفَّة Levitas morbi, agilitas.

خَفِيف *Pl.* خِفَاف Levis pondere, dignitate, moribus.

خَفَأَ Evulsit et in terram coniecit *c. a.*; Destruxit et proiecit *domum c. a. r.*; Fidit et super receptaculo aquae posuit *utrem*, ne terra aquam absorberet *c. a. r.*

خَفَتَ 1) *n. a.* خُفُوت Quievit *vox*, siluit; 2) Loqui desiit, obmutuit *mortuus*; 3) خُفِتَ Clanculum locutus fuit; 4) *n. a.* خُفَات Inopinata morte interiit. III *n. a.* مخافتة Clanculum et submisse cum alio locutus fuit vel verba fecit, arcanum clanculum dixit *c. a.* VI Clanculum locutus fuit.

خَفْت Submissae vocis sermo; Ruta (سذاب).

خَافِت Qui mortuus obmutescit.

خَفَنْثَل et خُفَائِل *Pl.* خَفَائِل Corpore et animo debilis.

خَفَجَ *n. a.* خَفْج Morbo خفج dicto affectus fuit *camelus*.
b) خَفِجَ 1) Ex crure male habuit prae lassitudine *Kam.*; 2) Coivit cum femina *Kam.*

خُفَاجِل Mentis inops, fatuus.

خَفْخَفَة Vox quam edunt hyaenae et canes inter vorandum; Sonus quem edit novum vestimentum.

خَفَدَ *F. o. n. a.* خَفْد, خَفَدَان Celeriter incessit. b) خَفِدَ *F. a. n. a.* خَفَد *Id.* IV Foetum imperfectum tempore ferendi absoluto enixa fuit (*camela*).

خَفَيْدَد *Pl.* خَفَادِد, خَفَادِيد, خَفَيْدَدَات Celer; Struthiocamelus mas.

